

Item sancti Petri ad monasterium puellarum. Item ad basilicam sancti Simphoriani, quae vocatur Ad apostolos. Item sancti Medardi et sanctorum Crispini et Crispiniani. Item sancti Victoris. Item sancti Mauricii. Item sancti Basoli diversa contulit donaria. Ecclesiae quoque Laudunensi cuiusdam ville portionem suam delegavit et basilice sanctae Genovefe ibidem constitute villam Appiam cum omni re ad se pertinente tribuit. Turrim quoque auream, quam ad votum suum fabricari fecerat, super altare posuit sanctae Mariae Remensis ecclesiae et patenas tres ac brachiale aureum (MGH SS 13 S. 455, 9–24).

Nr. 80

Privileg des Nivardus von Reims (ca. 657–673) für Kloster Hautvillers von 662.

PARDESSUS, Diplomata (wie Anm. 10) 2 Nr. 346, S. 128 f.: bietet den fragmentarischen Text der Urkunde nach Mabillon u.a., der allerdings vor den genauen Bestimmungen endet, die sich nur rekonstruieren lassen durch

Vita Nivardi (wie Anm. 21) c. 10 (zitiert von Flodoard, Historia [wie Anm. 1] II c. 7): Privilegium quoque poscente prefato abbate Berecario eidem contulit monasterio, ut scilicet ipse presul idem monasterium in sui iuris dominatione, dum adviveret, conservaret et, ut post suum decessum Remensis episcopus ipsum cenobium gubernet et eosdem monachos contra omnes adversantes defendat, ipsi vero monachi potestatem habeant prelatum sibi regulariter eligendi, prout in descriptione ipsius privilegii continetur (MGH SS rer. Merov. 5 S. 168, 17–23; MGH SS 13 S. 456, 9–13).

Nr. 81

Testament des Nivardus von Reims (ca. 657–673).

Flodoard, Historia (wie Anm. 1) II c. 10: *At contra dominus Reolus vel agentes sui dicebant, quod dominus Nivardus omnem rem suam pro animae suae remedio ad loca sanctorum per sua instrumenta contulisset, scilicet ad ecclesiam sanctae Mariae et sancti Remigii atque ad monasterium Altvillare necnon et Viriciacum, ubi dominus Basolus in corpore requiescit, quae monasteria ipse dominus Nivo suo construxerat vel restruxerat opere; item Remis ad monasterium puellarum, ubi Boba preesse videbatur abbatissa; item sanctis Rufino et Valerio vel per reliqua loca sanctorum (MGH SS 13 S. 457, 52 – 458, 6).*